

Videntur semper hujusmodi parentes iniusti, atque crudeliter, qui sine macerescere in tenebris, otio, & oblivione miseris filios, licet magno sint praediti ingenio, & magnae spem, ut tempus suum ac bona sua perdant in iis, quae ab eorum libidine pendent. Filius hic non promittit iis, quae natura bona sortitus est, non promittit inquam, ea, quae vanitas vestra potest concupiscere: namquid hanc spem aqua videtur causa illius deserendi? Nonne vobis immo diligentius investigandum est, ut illum excitiis, ejusque discernendi facultatem formemus? Verum scitote, dicit vobis Dominus, quemadmodum olim dixit Israelitis, filios, quos creditis in tenebris, & captivitate vitam esse duceuros, illos fore, qui possidebant cum gloria terram, quam ille pollicitus est vestrae posteritati. *Parvuli vestri, de quibus dixisti, quod captivi ducerentur... ipsi ingrediuntur. Idem Tomo 3.*

illud excitere debet, ut parentes accurrant filiorum suorum institutioni consulat, quod cum filii corpore adoleverint etiam illius cupiditates, praevae affectiones, adhaesio suae voluntati, rursusque voluptatibus. Se ipsum secum quomocumque deserat, sua caritas, ignorantia, error, levitas, facilitas, studium nunquam eum deserunt. Pravi illius habitus cum aetate roborantur, & quod oculos illius aperuissent, eius scelera efficiunt. Ex stupidio, & improbo fit insolens, ac improbus; erit nequam, qui non sui rationabilis. Tantum interest orientis filii lumina teclata facere; primos cupiditatum impetus moderari, ut rationis, & sapientiae jugo subdantur. *Idem Tomo 3.*

Filiorum vitia non semper sunt praeter ceteris vitanda in eorum educatione; sed vitia ipsorum parentum. *Induvantur corvicolae suam justam corvicolam Parentum.* Filii in pravis habitibus suis callum obducunt, secundum pravo habitus parentum infortium. Parentes neque ipsi habent sensus, quos filii suis communicare debeant. Ipsi sunt suarum cupiditatum mancipia; mirum est, si filios etiam eorum cupiditatibus mancipant. Quomodo pater violentiam erga superiores suos, observantiam erga patres, & erga omnes modum. Quomodo mater superba, & morosa filiam formabit ad lenitatem, modestiam, honestate officia, quae suam optimae sexum decet? Parentes semper flagitiosi sapientissime ignorant, quid in puero sit corrigendum. *Idem Tomo 3.*

Verum est sapientissime parentes ipsos nescite docere filium iis de rebus, quas ne ipsi quidem servare norunt. Exempti gratia mater, quae mente, & corde fovet vanitates, dignitates, delicataeque scruoli, non cogitat nisi filium suum magnificentiae ornare. Illam adducit in coelum, putans se iustitiam mundum facere, si clavelis illius oculis hoc idolum, quod tanta ornat sedulitate. Vult, ut hic filia mundum recipiat non alium pudoris sui habens sponsores, quam propria cupiditate; ut locum habeat in spectaculo ad timidam conscientiam suam infringendam; & ut rebus in omnibus suam expleat molitionem. *Ex Sermonibus P. la Pesse, Tomo 3.*

Omnis natio cui aliqua est Religio, necesse putat sibi filios in Parentum fide esse erudiendos, quia haec obligatio maxime necessaria est ut jugiter ferveret adoratio, & cultus divinitatis, quae creditor, Quinam ergo esse debet Christianorum parentum zelus, ut christiano ritu instruantur filios suos ea in religione qua nobis adeo obscuras veritates proponit, tanta firmitate credendas; & virtutes adeo difficiles tanta fortitudine exercendas? Fides, quae dignata nos est divinae misericordiae ita rationem excedit, ut nunquam satis merito ratio exordiri possimus, ut illum in adolescentuli mentem infillemus; cum praesertim maximo momenti sit illius etatis ut dociletate, ut fides jugo subscribat. Satis crebro videmus, eo quod homines ab ipsa perhianta levia dumtaxat rudimenta, crassaque explicationem hauserunt veritatum fidei, contra has eadem veritates rebellare, ac illas probari velle ratione caeca, cum annorum lapsu plus praesumptionis, atque indocilitatis sunt nati, *Idem Tomo 3.*

Pater param Christiane, cum tibi Deus hunc dedit Filium, mens illius erat, ut ex eo faceres Crelestis Ierosolyma civem, quem & ipse illi honorem destinaverat. Tu autem longe aliam mentem habes a Dei mente profus alienam; non aliud cogitas nisi honorem, & opes quas ex hoc filio posses acquirere. Utresq; tunc occupatus negotiis, nequa-

Filiis a parentibus suis videtur esse corruptis cupiditates cum aetate adolevant.

Parentibus videtur esse corruptis cupiditates cum aetate adolevant.

Parentes scit esse de parente, ut filios erudiant.

Christiani scit in imbecillum debent zelum hunc necesse erudientes filios de es quum obedientiae tunc religionem.

Quam nocentes sint patres qui quod non educantur filios secum dum Dei mentem.

ELEEMOSYNA.

Misericordia, & Charitas erga Pauperes.

MONITUM.

Argumentum hoc, cujus tanta utilitas est, quanta ubertas, & copia, peritranstantibus ita ab aliis, cum quibus rationem aliquam, nexumque habere videtur sejungendum est, ut cum illis nequaquam permisceatur, neque ultra propositos sibi cancellos egrediator Orator. Divinitus, sine quibus pauperibus opem ferre non possumus, ut se offerunt cogitanti verba facere de ea Charitate, quam in ipsos exercere tenemur; hic enim optimus est usus, in quem possunt converti. Avaritia quoque non longe a proposito argumento recedit; prohibet enim, ne quid de ingenti divitiarum avaritiae acerbo in pauperum suum effundendum. Ceterum quemadmodum non tam tummodo erogari Eleemosyna potest, omnia bona opera corporalia, quibus miseris possimus optulari, hoc ipso titulo complectenda censemus. Ut igitur justus, rectusque huius argumenti sermo instruat, de aliis, quae ad ipsam inducere dumtaxat referuntur argumentis, latius verba facienda non sunt, nisi quatenus opus est ad obligationem, necessitatem, praesentiam, vel utilitatem Eleemosyna explicandam, quae & ipsa in Proximi Charitate continetur.

Hec igitur collectanea vobis proponenti mihi illud unice diligentissime cavendum censeo; quemobrem neque ubertas loquar de ista divitiarum, neque de Avaritia, vel Charitate erga Proximum generatim, de quibus jam sermo fuit nobis, sed ex his omnibus loco tantum attingam, quidquid ad Eleemosynam, immo etiam ad corporalem Eleemosynam pertinere videbitur; Spiritualis enim, cujus plures sunt species, & ipsa locum habet in fraterna correctione, zelo, &c. Quod si generatim accedit sermo de utilitate, vel necessitate operum Charitatis, & Misericordiae, hic circa ea tantum versabitur, quae sub Eleemosyna continentur, qualia sunt pauperes alere, vestes, teclumque illis praebere; verba, quae ad eorum egestatem recedendam inseriunt.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum huius Argumenti Systemata.

I. HOC in argumento probari potest veteris illius circulatoris sententia, qui Sancto Augustino narrante, singulis se indicatarium pollicitus est, quod unum maxime ab ipse cuperelet; videlicet, ut emerent parva, & venderent magno. Tenet quidem Sanctus Augustinus hominem hunc errasse, pluribus enim in rebus contrarium docet experientia: sed quomodo hoc utilissimum fieri commercium possit per eleemosynam ostendere aggredior: 1. hanc enim ratio est maximo vendendi pretio ea, quae pauci sunt aestimanda, quod primum erit Concionis punctum; 2. alterum vero; ratio minimo emendi pretio, quae proflua valoris sui infundit.

Undam sit, ut iam facile filii in aetas, computationes, impudicitias coruant? Interrogat patrem illis praebentem exempla. Undenam sit, ut puella a teneris usque unguiculis calleant omnes vilitatis industrias? non aliud mense meditetur, quam formae speciosa decora? jam impari amoris artes, quae arcana praecepta in primis tenent? Quid aliud ille videt, quam inanes apparatus aeternae vanitatis? Quid audit aliud, quam elogia officio laeticiorum, ac voluptatum quae mundus corruptis leniam, atque etiam commendare consuevit? Horrendum quidem, credo etenim, filis vestris immittere conamini pravarum consuetudinum. At nunquid vos ipsi eam pravam consuetudinem ab illis fugietis? Quo illos recedere vultis? Nominem praestaret, illos vitium edoceri in alia quolibet schola, praeterquam vestra? Alienorum exempla nontanam in mente eorum vim obtinerent. *Idem Tomo 3.*

II. Hoc in argumento probari potest veteris illius circulatoris sententia, qui Sancto Augustino narrante, singulis se indicatarium pollicitus est, quod unum maxime ab ipse cuperelet; videlicet, ut emerent parva, & venderent magno. Tenet quidem Sanctus Augustinus hominem hunc errasse, pluribus enim in rebus contrarium docet experientia: sed quomodo hoc utilissimum fieri commercium possit per eleemosynam ostendere aggredior: 1. hanc enim ratio est maximo vendendi pretio ea, quae pauci sunt aestimanda, quod primum erit Concionis punctum; 2. alterum vero; ratio minimo emendi pretio, quae proflua valoris sui infundit.

Undam sit, ut iam facile filii in aetas, computationes, impudicitias coruant? Interrogat patrem illis praebentem exempla. Undenam sit, ut puella a teneris usque unguiculis calleant omnes vilitatis industrias? non aliud mense meditetur, quam formae speciosa decora? jam impari amoris artes, quae arcana praecepta in primis tenent? Quid aliud ille videt, quam inanes apparatus aeternae vanitatis? Quid audit aliud, quam elogia officio laeticiorum, ac voluptatum quae mundus corruptis leniam, atque etiam commendare consuevit? Horrendum quidem, credo etenim, filis vestris immittere conamini pravarum consuetudinum. At nunquid vos ipsi eam pravam consuetudinem ab illis fugietis? Quo illos recedere vultis? Nominem praestaret, illos vitium edoceri in alia quolibet schola, praeterquam vestra? Alienorum exempla nontanam in mente eorum vim obtinerent. *Idem Tomo 3.*

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

XX. Inhumanitas, & avaritia duo vitia sunt plerumque omnem miseracionis erga pauperes sensum suffocantia. Inhumanitas non patitur, ut alienis miseracionem incommo- dis non patitur, ut alienis miseracionem incommo- dis non patitur...

XXI. Eleemolyna aperiensimum est predestinationis indicium, quod in hac vita haberi possit, & nota est moraliter certa salutis eorum, qui ultra alienam paupertatis miserentur. Triplex ratio & veritas hanc confirmabit, & sermonem partietur.

Prima est; Cum enim Predestinatio, Sancto Augustino teste, non aliud sit, quam preparatio beneficiorum, hoc est gratiarum, per quas certissime salvi sunt illi, qui a Deo iisdem aucti sunt; per eleemolynam eas promeremur, & eleemolynis illa promissa sunt; unde sequitur, affectum, quo eorum miseremur, & opem, qua eisdem fecimus signum esse, atque indicium, quod preparaverit Deus gloriam illis, qui faciunt eleemolynam, quandoquidem illis validum hoc suppeditat administriculum, quo supremam felicitatem sibi valeant comparare.

Ratio altera, quae altera est huius veritatis probatio, haec est, quod quemadmodum mors in statu peccati cumulum addit nostrae reprobationi, & e contra sancta mors in gratia statu, nostrae predestinationis negotium concludit finali perseverantia, quae merita Dei misericordiae munus habenda est, inextinguibile hoc beneficium quodammodo eleemolynarum pie exercitacionis inherere videtur: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus.

Tertia denique, Cum enim gloria, aeternaque beatitudo sit Predestinationis complementum, & finis, quodnam tutius indicium esse potest gloria huius oblationis, quam Iesu Christi promissio, recipientis illi, a quibus in persona pauperum alius, relictus, adituque fuerit. Aeterni Patris sui Regnum esse paratum? Cum enim supremus hic Iudex aeternis illis ignibus adjudicabit, qui eisdem operum terrore detrecta verit, videlicet qui pauperem miserum non fuerint, remunerabitur ea, quae a misericordibus acceperit beneficia, eosque invitabit in gloriae suae partem, tamquam mercedem aequilimo iure quaesitam.

XXII. Pro Concionis argumento, ac partitione tres aliae assumi possunt Predestinationis notae in illis, qui egenis optantur. 1. Si Operum Misericordiae exercitacio tutissima via est ad Misericordiam Domini adipiscendam, quemadmodum ipse Dei Filius testatur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur; Eleemolyna, quae ipso misericordiae nomine nuncupatur, principemque inter charitatis opera locum tenet, nonne habenda est tamquam aperiensimum Predestinationis nota, quandoquidem cogit Deum, ut illum exerceat cum illis, qui eandem cum pauperibus, dicam melius, cum ipso exercentur? Se enim in pauperum persona constituit, atque sibi fieri putat, quae cumque pauperibus sunt. Si igitur nequaquam ambigendum est, quod minus ad propositum sibi finem perveniat, qui eam arripit viam, quae illuc adducit; & si facinus aliquid nobis e voto cesurum credimus, ubi ea non desint adminicula, per quae votorum summam consequi possumus; quin aliter iudicabit de eleemolyna, per quam coram Deo misericordiam invenimus? Eleemolyna facit ut invenire misericordiam. Quid autem est invenire apud Deum misericordiam; nisi in predestinatorum album referri?

2. Magnam est, ac certissimum Predestinationis indicium, si similis sis Salvatore, qui Predestinatorum omnium est princeps, & caput. Quos praefecit, & praefecit Deus conformes sibi imaginis Filii sui. At quisquam illi potest esse similior, vel propius imitari eum, qui nossem prototypus est, & esse debet actionum nostrarum norma, quam qui opera Misericordiae spiritualia quae, ac corporalia, erga pauperes praefertim exercet? Eleemolyna considerari potest quatenus refertur ad Deum recipientem, ad pauperem recipientem, & divitem eandem erogantem. 1. Quatenus refertur ad Deum, preceptum est sub aeterno damnationis poena nos obligans. 2. Quatenus ad pauperem, est charitatis, & misericordiae officium. 3. Quatenus ad divitem, actus est poenitentiae, & satisfactionis. 1. Dei Filius quidquid validius erat, adhibuit ut nos ad eleemolynam erogandam excitaret. 2. Nihil infirmius est exculcationibus, quas preterunt divites, ne eleemolynas erogent.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, ubi hauriri copia possit ad proponenda Sermonum structuras elaborandas.

Sanctus Augustinus infinitis propemodum in locis de Eleemolyna sermonem instituit. Hi vero pro precipui sunt. Librum edidit, cui titulus de Eleemolyna, quem quidam S. Cypriano adscribere malunt; ideoque inter huius etiam Opera invenitur. Idem in expositione Psalmi 44. haec explicans verba: Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Idem in expositione Psalmorum 32. 42. 51. 75. 90. 125. 146. 147. Idem libro de decem Chordis cap. 12. ubi eos relligit, qui eleemolynam sibi non esse erogandam putant, quod filios habent; quibus est consulendum. Idem in Enchiridio cap. 77. falsus eorum illusio- nem refellit, qui in suis confidunt eleemolynis, & illis freti nequissimam vitam traducunt.

Idem in libro de Disciplina Christianae cap. 76. de illis adhuc verba facit, qui magnam filiorum preterunt numerum, ut ab eleemolynis elargiendis abstineant. Idem in libro 50. Homiliarum plurima habet praestantissima; praesertim vero hom. 6. 13. 27. 39. 42. 47. 48. Idem lib. 2. de Serm. Dom. in monte cap. 5. Idem lib. 21. de Civit. Dei cap. 27. Idem in sermonibus Communibus 23. & 24. Idem in sermonibus de Verbis Domini 5. 25. 30. 47. Idem Tractatu de Misericordia. Idem Sermonem 22. de Verbis Apost. Sanctus Hieronymus Epist. 30. ad Oceanum, ubi eas recenset eleemolynas, quas illustri Fabiola erogabat. Idem Prov. cap. 3. ea explicans verba: Honora Dominum de tua substantia. Idem in caput 13. Proverbiorum. Idem Epist. 151. ad Eudibium, ubi rationem praescribit, quae Vidua nullos habens filios eleemolynam erogare tenetur. Sanctus Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 11. latius differt de eleemolynae utilitatibus. Idem cap. 30. ibidem ordinem, modumque praecipit, quo eleemolyna est eroganda. Idem cap. 31. libri eiusdem docet per eleemolynam gratias Deo esse referendas beneficiorum, quibus ab eo cumularunt.

Idem lib. 5. offendit, quidquid effutiant homines, ab eleemolyna eroganda non esse cessandum. Idem, libro de Viduis alioque rationes adfert, propter quas est eroganda. Idem in Expositione loci illius in Ecclesiastico: Sicut ignem extinguunt aqua, ita eleemolyna extinguunt peccatum, explicat, quomodo peccata per eleemolynam deleantur. Idem Sermonem 39. de Junio, & Eleemolyna eorum excusationes refellit, qui publica praetextunt opera, ut secum ab illa exercenda dispendent. Idem Sermonem 87. de vidua Evangelico ad eleemolynam faciendam horatur, & contra illos invenitur, qui opes in eleemolynas deprehendas in spectaculo, aliaque id genus pompas profundunt. Idem

Idem lib. 2. de Abrahamo de huius Patriarchae hospitalitate verba facit. Idem lib. de Nababe Israelita cap. 13. loquitur contra eos, qui in suppellectili sua sunt magnifici, & pauperes negligunt. S. S. Maximus, & Chrysologus aliquot habent Homiliae de Eleemolyna. S. Gregorius Nazianzenus orationem elucubratus est de charitate erga egenos habenda. S. Clemens Alexandrinus 4. Stromatum. Origenes lib. 2. in Job illa Ecclesiasticae explicans verba: Beatus vir, qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris. S. Basilus Tom. 1. Hom. 6. valde locupletes horatur ad eleemolynam erogandam, nullamque praeternitit rationem, ut illos impellat. Idem Hom. 7. contra divites avaros. Idem Hom. 8. sumpta occasione ex gravissima annoque caritate, quae Caesarea laboratur. Idem Hom. 2. 13. & 23. in Discentes, ubi offendit, quam nocentes si sint, qui eleemolynam facere abnuunt, eamque differunt in morrem. S. Chrysolomus in omnibus fere Operibus suis verba facit de Eleemolyna; praesertim vero in Homilia 35. in Genesim; Homilia 55. in Psalmum 95. Homilia 7. in S. Lucam, quae secundus est Sermo de Lazaro; in Homilia 24. in Joannem; & 22. in Acta Apostolorum. Idem Homiliae 11. & 14. in Epistolam S. Pauli ad Romanos; & 10. in primam ad Corinthios, & 21. 30. 34. in eandem Epistolam. Idem Homilia 8. in secundam ad Timotheum Epistolam; & 32. in Epistolam ad Hebraeos: sermone 21. in Epistolam ad Romanos, Homilia 5. de Poenitentia. Idem in Homiliis, vel sermonibus ad Populum Antiochenum 2. 39. 40. 67. Idem in Exhortationibus post Explicationem Evangelii Sancti Matthaei 4. 20. 33. 45. 50. 52. 67. 72. 77. 85. 88. Aetio. Granatenfis amplum haec de edidit tractatum. Idem in Peccatorum Duce lib. 2. Franciscus Arias p. 2. Thezauri Traet. 6. Petrus Canisius p. 4. cap. 20. Petrus Sanchez in Regno Dei p. 6. cap. 4. Josephus Mansi Traet. 57. in Discursibus Moralibus. Hieremias Drexellius in vatis Tractatibus, David, Tobias, &c. praesertim vero in eo, cui titulus Gazophylacium Christi, ubi collegit quaecumque hac de re invenire potuit. Thiers Parochus vicl, cui nomen Champrond in- tergram edidit librum inscriptum, Advocatus Pauperum, ubi offendit potissimum ab illis, qui Ecclesiasticis aucti sunt Beneficiis, Pauperibus opem esse ferendam. Moralibus Christianis in Pater lib. 6. sect. 1. art. 5. ubi Auctor aliquot Sanctorum Patrum adfert sententias, & gallice effert plurimos, eoque prolixos, pulcherrimosque illorum locos. Bartholomaeus de Carranza egregium edidit tractatum de Eleemolyna; & de Sancta Marcha Presbyter ad calcem tomi secundi Operum suorum. Tot Aetio hic pertractantur, ut difficile aequae ac molestum sit omnes recensere. Granatenfis duplici sermone pro Octava post Pentecosten Dominica. Faber Sermonem pro quarta Quadragesimae Dominica. Idem Sermonem in S. Matthaum. Flechier Sermonem edidit de eleemolynae erogandae obligatione, & aliquot adhortationes ejusdem argumenti. Godeau Sermonem edidit seorsim huius argumenti. P. Bourdalove: De Praecepto, materia, & ordine eleemolynae erogandae. Maimbourg in Evangelium Epulonis. P. Texier in idem Evangelium. Biroat Sermonem 14. Adventus. Idem in Quadragesima pro feria tertia post tertiam Dominicam. Lambert Sermonem sexto de Proximi Charitate alterum punctum impendit offendens Ecclesiasticos maxime teneri ad eleemolynas erogandas. Joly Sermonem pro septima post Pentecosten Dominica. Frontenieres Sermonem de Eleemolyna; & altero de Charitate erga eos, qui in Carceribus detinentur. Hundry Bibl. Tom. II.

P. Cheminai de Charitate erga eosdem in Carcere detentos discretissimum habet sermonem. Auctor Sermonum Moralium. Auctor Sermonum in omni Ethice Christianae argumenta in Adventu Tomo secundo, Sermonem 4. Idem in Dominicali. Pro quarta Quadragesimae Dominica. Paucissimi Sermones conscripserunt, qui aliquid haec de re elucubrati non sint. Granatenfis in locis Communibus. Buteus in Viridario. Lohner in Bibliotheca Mansali. Labatha in Thezaurio Morali. Dandinus lib. 49. Summa Praedicatorum. Berchorius. Peraldus &c.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Scripturarum applicationes huic argumento.

Non deerunt pauperes in terra habitationis tuae; idcirco ego praecipio tibi, ut aperias manum fratris egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. Deuter. 15.

Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberavit eum Dominus. Plal. 40.

Jucundus homo qui miseretur & commodat: disponet sermones suos in iudicio. Plalm. 111.

Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Plalm. 9.

Ne dicas amico tuo: Vade & revertere; & eras dabo tibi: cum statim possis dare. Prov. 3.

Jucundus homo qui miseretur & commodat: disponet sermones suos in iudicio. Plalm. 111.

Beneficium anime suae viri misericors. Prov. 4.

Feneratorum Dominus, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. Prov. 29.

Qui pronus est ad misericordiam, benedictus; de pauperibus enim dedit pauperi. Prov. 22.

Qui dat pauperi, non indiget; qui despiciit deprecantem, sustinebit penuriam. Prov. 28.

Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inveniet vitam, iustitiam, & gloriam. Prov. 21.

Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Prov. verb. 16.

Honora Dominum de tua substantia. Prov. 3.

Qui miseretur pauperis, beatus erit. Prov. 14.

Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, & ipse benefac. Prov. 3.

Qui obviat aures suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Prov. 21.

Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam ejus, ne dimittas eum vacuum. Eccli. 29.

Conclude eleemolynam in sinu pauperis; & haec pro te exorabit. Eccli. 29.

Eleemolynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum. Eccli. 31.

Illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona. Eccli. 44.

Fili, eleemolynam pauperis ne defraudes, & oculos suos ne transvertas a paupere. Eccli. 4.

Pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitius, & benedictio tua. Eccli. 7.

Ignem ardentem extinguit aqua: & eleemolyna reficit peccatis. Eccli. 3.

Ante obitum operare iustitiam. Eccli. 14.

Benefac iusto, & invenies retributionem magnam; est non ab ipso, certe a Domino. Eccli. 12.

Cor inopis non assistit, & ne probraes datum angustiant. Eccli. 4.

Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri fude. Tob. 4.

Ex substantia tua fac eleemolynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. Ibidem.

Eleemolyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Ibidem.

Fiducia magna erit coram summo Deo eleemolynae, omnibus facientibus eam. Ibid.

Panem tuum, & vinum tuum cum esurientibus, & egenis comede, & de vestimentis tuis nudos tege. Ibidem.

Qui colle-ctanea e- diderunt.

BIBLIOTECA CENTRAL I.I.A.N.L.

gulant; ac patebit, iuxta Dei mentem pauperum esse, quidquid illis erogatur, ideoque illis vim fiunt, & eripit, qui ex bonorum nostrorum affluentia nobis superflua. Grecus Testus, quem Sanctus Chrysostomus secutus est, ita legit; *Fili, vitam pauperis ne speris*; ne a superas vitam pauperi. Et profecto iuxta Patrum sententiam, penam se mortis egenorum constituit, qui eos fame interire patitur, illis opem non ferens.

Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Psalm. 111. Non sine mysterio honorum in manus pauperum facta distributio actus iustitiae vocatur; docere quippe nos vult, divites, ubi elemosinam faciunt, iuste id, quod debent, persolvere; & cum illam facere decreverint, iniuste ea retinere, quae sua non sunt.

Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, &c. x. Jo. 3. Diligens Apollonius opes mundi huius substantiam appellat, non quod vere substantiae sint, velut aurum, argentum, lapides pretiosi, domus &c. Coeli enim, sydera, elementaque substantiae sunt, non autem divitiis; sed hoc appellatur nomine, quia sustinent accidentia, quae tantopere in mundo elucescunt; videlicet nobilitatem, honorem, existimationem, potentiam, voluptates; haec enim omnia opibus innituntur. Verumtamen ut tales revera sint iuxta Dei mentem opus est, pauperum indigentiam, atque miseriam illi sustinere. Haec est nonnullorum Interpretum animadvertitio.

Imperat Dominus, qui miseretur pauperis. Prov. 19. Prohibet Deus, Sanctus Augustinus inquit, ne homini foveremus, praecipit autem, ut hoc patrem frateremque sibi. Primos illos feneratorum damnat, aeternisque flammas adiudicat; secundum vero & contra coronam, aeternamque remuneratorem pollicetur. Deus pecunia vestra non indiget; ad indige pauper. Date igitur pauperi, & recipiet Deus. Pauper nequit ea vobis reddere, quae ipsi mutua dederitis; neque aliter animum testari gratum potest, quam Deus orans, ut pro se satisfiat; hoc facit Deum. Considerate quodnam vobiscum feriat pactum, atque utrum illum cum pauperem detrimentum peti possitis; quandoquidem sponsorem habetis Deum. Ita Deo proprie mutuum datur; Deo, quem metueri non debetis, ut ad paupertatem redigatur, & qui, ut ad eam redigatur, minime timet; qui ipse contractum proponit, ac signat; qui vobis confert, unde matuum dare possitis, & qui cum honore omnia reddere vobis oblectatur.

Cum essideris esurienti animam tuam, & animam afflictam repleris, eris sicut fons aquarum. Isaia 49. Interpretes quidam, huic insipientes loco pecuniam aquis comparant, quae ex puteis hauriuntur, & quae raro hausta exariscunt, atque exhauriuntur; ideoque in usus communes traduntur, & ubi putrescere coeperint, sexcenta infectorum generant species; & contra vero affluentius suppetunt, ubi septius hauriuntur. In avaritia, quae bona afferuntur, quin in elemosinas effundantur, hoc ipsa paritate eorum fontem exsiccat; cum alioquin quo liberalius elemosinas erogantur, eo largius bona multiplicare Deus conserverit.

*Dispersit dedit pauperibus, Psalm. 111. Abunde suas effudit opes in pauperes, Psalmita ait; ideoque elemosynarius hic vir nunquam, ne transversum quidem, ut inquit, unquam, a femita iustitiae recedit; & hoc pacto ad altissimum quoque potentiam, gloriose gradum asserget, idem subdit Propheta; *Iustitia eius manet in seculum seculi, & exaltabit in gloria.* Aeternum vivet in hominum memoria; ejusque nomen erit in benedictione, atque ipsius existimatione veneratos ealumniæ iaculos eludet: *Ab auditione mala non timebit.* Quot ingentibus sumptibus absumuntur non aliud lucrati, nisi hominum quidem contemptum, Dei vero abominatorem.*

Da Altissimo secundum datum eius. Eccli. 33. Elemosynae redditibus tuis respondeant; & ex animo offer Domino, prout ab eodem accepisti; *Secundum datum eius: non ait ille, Da Altissimo secundum datum, quae superflua sunt, pauperum esse. At nonne iure dici hodierna die possit, superflua qualitates apud opibus affluentes proflus esse chimericam? Pauci sunt, quibus insignis redditus, & optima patrimonia sufficiant. Nihil superfluum agnovitur, ubi cupiditas, ambitio, vel amor volu-*

ptatum dominantur. Numquid superfluum esse quidquam potest, ubi plura impenduntur, quam habentur.

Facie vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna Tabernacula. Luc. 16. Elemosyna depositum est, quod pauperibus credit, & quod hic sedulo custodient, illud aliquando coram universo terrarum orbe prolaturo. Ita est; omnes hic pauperes, quos alios, calamitosi omnes, quibus fueris opitulatus, carcere detenti, quos visitaveris, aegroti, quibus auxiliatus fueris, pupilli, quos protegeris, viduae, quibus patrocinium fueris, inter se, iudicemque tuum probant, eruntque veluti tot testes elata voce elemosynas tuas proclamantes. Quae tua erit consolatio illa illa horroris plenissima, atque universalis desolationis? Heu! Fratres, quos Providentia vitae hujus bonis cumulavit; cogitate vitam, mortemque aeternam in manibus vestris versari, prout ipse vultis uterini; eaque vobis esse posse & felicitatis, & calamitatis aeternae occasione. Vos quoque, ut alii, Coelum potestis ingredi; Dominus enim fatellat ab oculis obicem, qui vobis illius aditum intercludere videbatur; ne speretis tamen in beatam illam Sanctorum sedem esse admittendos, ubi mors vos aliis aequaverit; nisi vos receperint pauperes, qui tunc non ultra timebunt, & qui cum in antecessum locos fortunatos occupaverint, ibique primas sedes obtinuerint, prae foribus illic adstant; hoc est ne speretis, vos coelestis gloria praeserturos, nisi elemosyna praeceptum expleveritis.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententiae Sanctorum Patrum de Elemosyna.

Superflua divitum, necessaria pauperum sunt; res alienae possidentur, cum superflua possidentur. S. August. in Psalm. 174.

Si potes dare, da: si non potes, affabilem te fac. Coronat Deus bonam voluntatem, ubi non invenit facultatem. Idem, in Psalm. 109.

Non est satis perfecta misericordia, quae precibus extorquetur. Idem, lib. de 50. Homil. Homilia 49.

Magnum est opus elemosina; ut homo faciat, quod facit Deus. Idem, ibidem.

Sacrificium Christiani est elemosyna in pauperem; hinc enim Deus propitius sit peccatis; nisi autem propitius peccatis fiat Deus, qui remanet nisi res? Ibidem, Homil. 23. de 50.

De justis laboribus justis Deus dari; de rapinis vero prohibet dari. Ibidem Homil. 40. de 50.

Memento quid purpurato diviti contigerit, qui non ideo damnatus est quod aliena tulerit, sed quod egeni pauperi sua non tribuerit; & in inferno postus ad potentia minima pervenit, qui parva negavit. Idem, lib. de Conflictu vitior. & virtut.

Qui dat elemosynam ut careat tectio inperillantis, non ut refoiat viscera indigentis, & rem & meritum perdit. Idem super Platin.

Qui penitibus dat, benefacit; qui tacentem intellegit, beatus. Idem.

Haec est solatum grande credentium, totius virtutis nostrae praesidium, munimentum spei, medela peccati, corona pacis, quae promeretur Christum iudicem, & Deum computat debitorem. Idem, lib. de elemosyna.

Date omnibus, ne cui non dederitis, ipse sit Christus. Hom. 39. inter 50.

Quod peccatum erat in terra, servatum est in caelo. Idem.

Ideo negatur misericordia diviti, quia ipse, dum viveret, noluit misereri. Ideo rogans dices non exaudiat in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudiat in terris. Idem, Sermon. 25. de Verb. Dom. secundum Lucam.

Ipsa Deus dat opes, ipse accepit, quasi suavis tractationis facit. Idem Hom. 29. inter 50.

Ista vero iniustitia magna est, ut egrot Dominus tuus, & habeat unde laudatur servus tuus. Idem, de Discipl. Christi.

Quasi suavis tractationis facis: hic das, ubi recipis; hic das res perituras, ubi recipis res sine fine mansuras. Idem, Sem. de Verbis Isaia, c. 6.

Deus pauperes in hoc mundo esse voluit, ut divites peccata sua redimerent. Idem, tract. de recta Convers.

Crimina elemosynis possunt redimi, si tamen mutaveris. Idem, Hom. 19. inter 50.

Si habes, da de tuo: melius nulli dabis, quam alios spoliaris. Ibid. Hom. 7.

Superfluum divitum, patrimonium est pauperis. Idem.

Peccatis tuis venundatus es: redime te pecunia tua. Filii pecunia, sed pretiosa est misericordia. Ambr. Sermon. de Helia.

Misericordia largior, ubi fides promptior: nihil tam commendat Christianum, quam misericordia caritatis. Idem de Officiis.

Quid miser iudici respondetis? Parviter vestis: hominem non vestis: equos phaleris ornas; fratrem tuum laceris amicum pannis alpernaris. Idem, lib. de Nabute, cap. 13.

Pecuniam habes: redime peccatum suum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis; tu peccatis tuis venundatus es: redime te aperibus bonis, redimo te pecunia tua. Lib. de Helia, & Jejunio.

Hoc magnum incontinentem misericordiae, ut compatiamur alienis necessitatibus; necessitatem aliorum quantum possumus, imitemur; & plus interdam quam possumus. Idem ib. de Olivo.

Misericordia tua de meritis iudicare consuevit: sed necessitatibus subvenire; juvare pauperem, non examinare iustitiam. Idem, in Epit.

Nihil tam secundum naturam est, quam jurare consortem naturae. Idem, de Offic.

Neque enim majoris est criminis habenti tollere, quam tum possis & abundes, indigentibus denegare. Idem, vel alius quis Author Sermonum eodem attributum, Sermon. de Dominic. post Pentecosten.

Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum quod tu includis, miserorum redemptio, pecunia quam tu in terra seditis: tantorum scias te invadere bona, quantum praesare possis, & nolis. Idem, ibid.

Non sunt bona homini, quae secum ferre non potest: sola misericordia comes est defunctorum. Idem, ibidem.

Si non parvisti, occidisti. Idem.

Non memini me legisse mala morte mortuorum, qui liberent opera caritatis exercuit: habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum precet non exaudiri. Sanct. Hieronymus Epit. ad Nepotian.

Hoc praestat elemosyna quod & baptisimus: propterea tu magis agito gratias Deo, quando dederis, quam pauper qui accepit, tibi agat gratias. Idem, Comment. in Psalm. 133.

Elemosyna redemptoris nostri oculis illa placet, quae non de illicitis rebus, & iniquitate congeritur, sed quae de rebus concessis & bene acquisitis impenditur. Gregor. Epit. 110.

Quidam pauperem contumeliosius prius afficiunt, quam dent elemosynam. Videtur ergo quod illata injuria satisfactionem solvant, dum dona largiuntur. Idem, 21. Moral.

Si nihil habes, collaccaryna. Magnum est infortunato remedium miseratio ex animo collata. Greg. Nazianz. Orat. de Pauper. Amore.

Nihil tam divitum habet homo, quam de aliis bene mereri. Fac calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando. Idem, ibid.

Elemosyna cum iniquitate acquisita abominatio est coram Christo. Basil. in Admonit. ad Fil. Sipt.

Elemosynae magnitudo non in pecuniarum multitudine iudicatur, sed in dantium promptitudine. Propterea Apollonius: Si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est. S. Chrysol. Hom. 34. ad Popul. Antioch.

Non ad hoc accepisti, ut in deliciis abjureres, sed ut in elemosynam erogares. Idem, ibid.

Tibi superflua sunt, sed pauperes clamant, nostrum est quod esuriant, nobis crudeliter eripitur, quod inaniter expenditur. Idem in Joan.

A gehenna vos nemo eruet, nisi a pauperibus auxilium consequamini. Idem, Hom. 33. ad Popul. Antioch.

Ibi substantiam colloca, ubi patriam habes. Chrysol. in Math. 6.

Multo majus est esurientem pasceri Christum, quam in nomine Jesu mortuos suscitare: nam illic quidem tu de Christo bene mereris, hic autem ipse dete. Idem, Hom. 36. ad Popul. Antioch.

Elemosyna in utraque vita claros exhibet; in ista sanam comparans praedam, in illa gloriam tribuens aeternam. Ibidem.

Epames elemosyna Christi adstet tribunali, non tantum patrocinium; sed ipsi etiam persuadens iudici, ut

patrocinium praestet, forsitan pro ea sententiam. Idem, Homil. 33.

Arx est omnium quaestuosissima. Idem.

Hanc quam in pauperes facit elemosynam in sanas a me accipis. Idem, Homilia de Poenit.

Excusari non potest, quem fames pauperis accusabit: videbit diem malum, qui diem iudicii sine advocazione paupertatis intravit. Chrysol. serm. 40.

Elemosyna celerrime in conorium sedes adducit, ad vocati optimi loco fungens. Chrysol. in Homil. 9. de Poenit.

Qui elemosynam non facit, neque cor habet in caelo, neque spem in Deum. Idem, Homil. 6. in Math.

Bona negotiatio, in qua parvus emitur, & magno venditur. Idem, Sermon. de Poenit.

Vera elemosyna est, si dare ut gaudeas te dare, putesque te accipere magis, quam dare. Idem in Sermon. de Elemosyna.

In quo opere, etsi non est omnium equalis facultas, debet esse par pietas; quoniam filioque largitas, non de muneris pensatur pondere, sed de benevolentiae quantitate. Sanctus Leo Sermon. 1. de Collectis.

Unusquisque nostrum anime sua benefacit, quoties misericordia sua inopie succurrit alicui. Idem, ibidem.

Sibi unusquisque id praestat quod indigentibus tribuit. Idem, ibidem.

Thesauurum suum condit in caelo, qui Christum patit in pauper. Ibidem.

Manus pauperis est Abrabe finis, ubi quidquid pauper accepit mox reponit. S. Chrysol. Homil. de Jejun. & Eleem.

Thesauurus caeli manus est pauperis: quod suscipit, ne in terra peccat, reponit in caelum. Ibidem.

Manus pauperis est gazophylacium Christi; quis quidquid pauper accipit, Christus accipit. Idem.

Pauper quidem porrigit manum, Deus autem suscipit quod offertur. Idem, ibidem.

Elemosyna non aestimatur ex mensura largitionis, sed ex animi liberalitate. Ibidem.

Nulli parvus est census, qui magnus est animus; nec de rei familiaris mensura pendet modus pietatis. S. Leo de Appar. Domitii.

Semper illi quod largitur occurrit, cui benevolentia non deficit. Idem, ibid.

Beatus, qui favorendo pauperi ipsum sibi iudicem praesitit defensorum. Sanct. Chrysol. Sermon. 14.

Qui aliena provogat, plus dando diripit quam savando. Idem, Sermon. 54.

Da bono pauperi terram, ut accipias caelum; da nummum, ut accipias regnum; da micam, ut accipias totum; da pauperi, ut des tibi; quia quidquid pauperi dederis, tu habebis; quod pauperi non dederis, habebit alter. Chrysol.

Nostrum est, pauperes clamant, quod esuriant; nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter impenditur. Bernard. Epit. 42.

Sero beneficium dedit, qui roganti dedit. Seneca, l. 2. de Benef.

Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit verbum molestum. Idem, ibid.

Quidquid in pauperes beneficium contuleris, Dominus sibi aspicens, magno cum favore, tibi reponet. Joan. Damasc. in Hill. Barlaam, c. 15.

Qui non habet unde faciat elemosynam, liber est: quantumcumque dare voluerit, tantum dedit, quia voto & desiderio dedit. Hieron. in Psal. 111.

Dives & pauper duo sunt contraria; duo sunt sibi necessaria. August. de Verb. Dom.

Cum necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur; iustitia debitum potius solvimus, quam misericordiae opus implemus. S. Gregor. 3. part. Past. Cur. Admon. 22.

Iustus esse non potest qui divitias possidet solus; sed tunc iustus effectus, si eas aliis quoque communit. Chrysol. Hom. 12. in 1. ad Timoth.

Si pauperibus largiaris, debitorem tibi Deum quendam pietatis satisfactione constituis. Ambr. in lib. de Nabute, cap. 7.

Res pauperum tibi sunt credite, sive ex laboribus iustis, sive ex paterna hereditate possideas. Idem, Hom. 55. in Genes.

Crudeles admittunt pauperi necessaria, ut mollia, & superflua dent venter. S. Basilus.

Quidquid Deus nobis, plinquam opus est, dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos aliis erogandum transmisit. Augustin. Sermon. 219. de Tempore.

